



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 143. Quidam Cardinales ad ferenda sussragia pollicitationibus sollicitati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Secul. XV. phonso in Regno Neapolitano Regis
 A.C. 1484. ces agebat, necnon urbis Romanæ Sen-
 tor erat. Ambo illi Cardinales sub Melfite-
 sis Pontificatu se summa rerum potitoru-
 sperabant, sua tamen consilia sex anti-
 quioribus Cardinalibus palam facere ha-
 audebant; erant autem isti, Cardinales
 de Comitibus, S. Marci, Gerundenis,
 Ulyssiponensis, Senensis & Neapolitanis
 & forte etiam Venetus tituli S. Marie
 in Porticu: postera tamen die, q.
 in Melfitensem convenerant, reliqui
 adeunt Cardinales, eisque significant
 se pro futuro Pontifice sufficientem suffi-
 giorum numerum collegisse, cumque
 avidius interrogarent, quis esset? has
 eorum aviditatem manifestandi tarditas
 paulisper auxerunt, tandem vero expo-
 fuerunt, hunc esse Cardinalem Melfite-
 sem, addentes, se noctu congregatos de-
 creuisse, quod sua in eum suffragia con-
 ferre velint. Cardinalium Seniores has
 electionem frustrandi spe destituti, cum
 eorum nonnisi septem aut octo adver-
 octodecim pugnarent, potiori suffragio
 tum numero acceperunt.

§. CXLIII.

*Quidam Cardinales ad ferenda suffri-
 gia pollicitationibus sollicitati.*

Tractu temporis fama divulgata est, v.
 riis mediis potiora suffragantium vo-

ta in unum fuisse congregata, atque ut con- Sæcul. XV.
legis vi
æ Sene
Melfites
otituru
ex aud
ere han
ardinal
ndens
litanus
. Marin
e, qu
reliqu
ificati
n suffi
nque li
? has
arditas
o expo
Melfites
atos de
gia ou
es has
i, cum
dveris
ffragan
ta in unum fuisse congregata, atque ut con- Sæcul. XV.
filio eventus succederet, Savellio Cardina- A.C. 1484.
lidono fuisse datum castrum Monticellense Monticelli.
in Insula, addita etiam Legatione Bononi-
ensi; Cardinalem vero Columnensem ac-
cepisse legationem in Patrimonio S. Pe-
tri, & castrum Ceperanum unacum vin-
ginti quinque aureorum millibus ad re-
farienda eversæ ac combustæ domus suæ
damna, facta eidem spe, ipsum benefi-
cium, quam primum vacaverit, septem
aureorum millibus pingue obtenturum:
Cardinalem vero Ursinum fuisse locuple-
tatum præter arcem Serraterensem Mar-
chiæ Anconitanæ Legatione, qua æra-
rii Romani Præfes exuebatur. Denique
concessum fuisse Martinusio castrum Ca-
pranicæ unacum Avenionensi Episcopa-
tu; Montecorvum vero Regis Arragoniæ
Filio, & Palatium S. Laurentii in Lucina,
quod Melfitensi Cardinali ante ejus ele-
ctionem proprium erat, Cardinali Par-
mensi donatum. Hisce conditionibus
Melfitensis necessarium suffragiorum
numerum adeptus, in Papam eligeba-
tur (*).

N 3

§. CXLIV.

(*) Hæc Continuator: ea tamen mere in ejus
cerebro fabricata haud temere conjicimus; in
sua quidem præfatione alte intonat, se nihil, nisi
teste comprobatum referre; jam vero in re tan-